(2)

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae
Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kioviae Volhiniae Podla-
chiae Livoniaeque etc. nec non Princeps Transylvaniae etc.

Significamus nostris his literis universis et singulis quorum interest Quod
cum Nuncii Civitatis nostrae Derschaviensis ad nos publico illius Civitatis
nomine missi agerent apud nos de restitutione seu innovatione Privilegiorum
suorum ante biennium in eius Civitatis conflagratione tristi ac luctuosa com-
bustorum, retulerunt nobis, inter caetera interiisse etiam tunc Privilegium
quoddam Verneri de Ursula fratrum Ordinis Hospitalis Sanctae Mariae
Theutonicorum de Jerusalem Magistri, quo Villa Sliwen nuncupata eidem
Civitati a Magistro praenominato Iure haereditario legitima interveniente emptione
fuerat attributa, inque limitibus suis circumscripta, Cuius quidem Privilegii quod
exemplum seu copiam nactos se esse dicerent, tam Germanico Idiomate
conscriptam apud nos exhibuere, hoc quod sequitur tenore.

Jn Gottes Namen, Amen. Wente menschlicher Wer-
ckenn, die mitt Unterschiedligkeitt sind umbgebenn, viel
mannicherley Verdriessligkeitt pflegen wiederfahrenn, So ist
es nötigk der dingen, die wirdigk sind ewiges gedächt-
niss, durch ihrer steter festigkeitt im Warhafftigkeitt vorfang-
niss mitt offenbahrung der Schrifften durch sicherheitt
willen zu setzen. Darumb sey wissentlich allenn, die
kundtschafft dieser gegenwertigen Dinge werden haben,
dass Wir Bruder Werner von Orsela, der Brude-
re des Ordens des h. Hospitals Sancte Marie der Deut-
schen von Jerusalem Hohmeister mitt unser Bruder
heillsamen Rathe und Volborth haben gegeben unseren

einem beschütten Palmbaum und Vorbaß zu einer gezeichneten
eiche, Von der eiche zu einem grossen Stein am Wege.
Von danne durch andere beschütte grentzen zu rechnen auff ei-
ne grentze mitt zween haufsteinen beschüttet, Von der zu einer
beschütten grentze bey dem Wege, do man gehet von Kokitten
zu Schlieren, daselbst, was zwischen den grentzen zu der rech-
ten handt leit, das gehört gegen Schlieren, und was zur lin-
cken handt ist gelegen, dasselbige soll gegen Kokitten gehören.
Von danne gehet man auff eine geschütte eiche bey dem bru-
che, da sich die gütter Kokitten enden, Von danne wieder zu-
kommen auff die Heuptgrentze, da man erst hatt angefangen.
Zu ewiger Machte und befestigung dieser unser gegenwer-
tigen gebung und Verleihungen, So haben wir unser Insiegel
an diesen brieff lassen hangen. Dass sind gezeuge diese Erba-
ren und geistliche Manne unsere Brüdere Friedrich von
Wildenbergk Großcompter, Luderg von Braunschweig Trapier
und Compter zu Christburgk, Conradus Kesselhutt Trefler, Hen-
rich von Ruchsleten under Voigt zu Dirschau: Herr Heinrich
unser Capellan, Friedrich von Veichtwangen, Brüder Christian
Von Colmen ein Conventherre zu Marienburgk, und viel andere
unsers Ordens brüdere. Gegeben zu Marienburgk in dem
Jahre nach der geburt unsers Herren 1328. am Tage S. Ambro-
sii des Bischoffs und Beichtigers.

Post cuius quidem exempli hic inserti exhibitionem cum demum supplicatum nobis

a superius commemoratis Civitatis p̄dictae Alnensis esset ut in locum eius
qd interijsset Privilegij novum aliud secundum istam ipsam productam
Copiam sibi traderemus v. concederemus: Nos tametsi eiusmodi illorum petitio
fulciretur etiam juratorum aliquot virorum testimonijs apud Iudm bannitum
Civitatis Mariaemburgen factis, non prius tamen admittendam esse putavimus
quam Iuramento insuper etiam Corporali Proconsulis et Notarij Civitatis eiusdem
in Cancellaria nra p̄stito confirmatum esset, hanc ipsam exhibitam apud nos
Copiam esse veram et genuinam Privilegij illius qd combustum dicerent, cumque eo
ad verbum congruere, et qd in eorum omnia quae in p̄nominata Copia seu exemplo con-
tinerentur certa pacifica possessione atque usu. Quo facto nos tandem aequitatem secuti
petitionis eiusce, juris cojudicantes, hoc p̄ns nrum Privilegium Civitati p̄re-
nominatae concessimus et concedimus, quo insertam hanc Copiam innovamus atque se-
cundum eius tenorem et contenta hanc ipsam Villam Schliwen ijs terminis ac li-
mitibus uti in ea sunt perscripti a p̄nominata Dirschaviensi Civitate Iure here-
ditario in perpetuum obtineri volumus, cum omni Dominio proprietate et usufru-
ctu ac possessione ita uti in eorum continetur exemplo sive Copia quam esse ra-
tam volumus et approbamus, roburque debitum obtinere debere decernimus. In cu-
ius rei fidem ac evidentius testimonium hasce manu nra subscripsimus et Sigillo
Regni communiri mandavimus Datum Varsoviae in Conventu Regni nri
generali die secunda mensis Januarij Ao Dni 1580. Regni vero nri Anno quarto

Stephanus Rex ssst.

Petrus Tilitzki sss

Priuilegium ſuper
villam Schliwen.